

11. 7.



30 31
DISSERTATIO INAUGVRALIS
VINDICIAS LOCI

ROM. IX, 5.
ADVERSVS WETSTENIVM
COMPLECTENS:

QVAS
AVSPICE DEO
ET CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
SVB

MODERAMINE

VIRI

EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMI

ATQVE

DOCTISSIMI

IOHANNIS FRIDERICI STIEBRITZ

PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE POLITICAE ET CAMERALIVM P. P. O.

ALVMNORVM REGIORVM EPHORI

ET FACVLTATIS PHILOS. H. T. DECANI

FAVTOVIS ET PRAECEPTORIS PIE COLENDI
PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS

ANNO CIOCCCLXIV. D. CALEND. NOVEMBER.

SOLEMNI RITV OBTINENDIS

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR

IOHANN GOTTLIEB DRESCHER

VRATISLAVIA - SILESIVS.

~~*****~~

HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITTERIS GRVNERTIANIS.

21

VINDICIAE BOCI

ADVERSUS WILHELMUM

ET CONSORTIUM ANTIQVARIORVM QVORVM QVORVM

VIRI

EXCERPTISSIMI AMPLISSIMI

IOHANNIS FRIDERICI STREITZ

PHILOSOPHIAE DOCTORIS ET PUBLICI LECTURIS

ET FACULTATIS THEOLOGICAE

AVCTORIS ET PUBLIS

PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS

ET PRIVILEGIIS

ET PRIVILEGIIS

ET PRIVILEGIIS

AVCTORIS

IOHANNIS GOTTFRIEDI BRESCHE

PHILOSOPHIAE DOCTORIS ET PUBLICI LECTURIS

ET PRIVILEGIIS



ILLVSTRI

ET

MAGNIFICO

REGIAE METROPOLIS ET SEDIS

CIVITATIS WRATISLAVIENSIS

SENATV I

PATRIAE PATRIBVS

PATRONIS ET FAVORIBVS

FAVENTISSIMIS ET BENIGNISSIMIS

SUBMISSA ANIMI OBSERVANTIA

PIETATISQVE CVLTV

AD

CINERES VSQVE DEVENERANDIS

COLENDIS

D. D. D.

V I R I


MAGNIFICI, ILLVSTRES, GENEROSISSIMI,
MAXIMEQVE STRENVII!



Permiltae sane et grauisimae causae sup-
petunt, ob quas animum meum de-
vinctissimum publice VOBIS pro-
fiteri debeam. Etenim non solum
haec mihi obtigit felicitas, vt, moderantibus Gymna-
sii Elisabetani praeceptoribus, quod sub praesi-
dio et cura VESTRA maxime floret, adolescere,
et solidioris doctrinae fundamenta jacere potuerim;
verum etiam, postquam ipsa studiorum meorum ra-
tio

tio me in academiam vocauerat, tot tantisque beneficiorum generibus, euidentissimis singularis VESTRI in me fauoris documentis, inter turbulentissima quoque belli tempora, huc vsque me ita cumulastis et exornastis, vt non possim non meam VOBIS pietatem et obseruantiam pro VESTRA in me beneuolentia declarare. Quam reuerentiae in VOS meae professionem iam diu voce scriptisque editurus essem, nisi me adhuc studiorum meorum detinuisset tenuitas. Interim cum VOBIS quasi proprium et peculiare sit, ne conatum quidem improbare; igitur VOS non ex munusculi tenuitate, sed ex animi potius sensu, meam erga VOS obseruantiam gratumque animum fore aestimatuos confido. Velitis itaque, VIRI MAGNIFICI, ILLVSTRES, GENEROSISSIMI! hoc quaecumque diligentiae et profectuum specimen, quod TANTIS VESTRIS NOMINIBVS sacrum esse cupio, et quo animum meum VOBIS

obseruantissimum ac gratisimum profiteor, serena
fronte accipere, VESTROQVE singulari, quo hunc
vsque in diem fruitus sum, fauore complecti. Deum
vero, supremum rerum omnium Moderatorem, sup-
plex veneror, velit ad sera vsque tempora VOS,
VIRI MAGNIFICI, ILLVSTRES, GE-
NEROSISSIMI! saluos, fortunatos et incolumes
seruare, saluberrimis, sapientissimis, et ad emo-
lumentum vrbs Patriae, Ecclesiae, orbis literati,
nec non mei ipsius vergentibus VESTRIS confi-
liis benignissime interesse, a VOBIS, VESTRIS-
QVE SPLENDIDISSIMIS FAMILIIS
quaecunqve aduersa propulsare, et quocunqve feli-
citatıs genere VOS VESTROSQVE exornare.
O me beatum, si mihi in posterum quoque
VESTRO patrocınio, fauore ac beneuolentia vti
fruique licuerit! Dabam Halae d. xxxi. Octobr.
MDCCLXIV.



§. I.



Qui Iesum Christum, verum hominem ex Maria natum, verumque et summum Deum, hucusque professi sunt, praecipua quadam ratione fidei suae fundamentum in PAVLI verbis, quae ad Romanos cap. IX, 5. leguntur, quae fuerunt, ubi eum *κατα σαρκα* ex patribus ortum, de cetero vero *Θεον ἐπι παντων εὐλογητον εἰς τας αἰωνας* esse, dicit. Vbi sunt insigni hoc testimonio patres synodi Antiochenae II. in epist. ad Paulum Samosatenum transmissa^{a)}, et PROCLVS Constanti-nopolitanus, eo excitato, exclamat: b) *Quem aditum calumniae haec beati Pauli verba iis, qui conuictiari student, non obstruant?* Quum vero diuinitatis Christi hostes probe intelligerent, hoc textu stante, peristare quoque summam seruatoris diuinitatem: igitur inde ab omni retro tempore, di- versis tamen modis, laborarunt in eo peruertendo. Modo enim ver- borum ordinem turbarunt, modo ad accentuum mutationem se rece- perunt, modo aliam distinguendi ingressi sunt rationem, modo vo-

A

ces

a) Conf. LABBEI collect. concil. T. I. p. 895. D. p. 899. B. p. 931. D.

b) De fide p. 53.

II VINDICIAE LOCI ROM. IX, 5.

ces ex textu eliminatum iuerunt, modo verba non ad filium, sed ad Patrem referre, atque vel sic argumenti pro diuinitate Christi inuicti robor in nihilum redigere studuerunt. Poterant quidem veri rectique amantes, si paullo sagaciores essent, facili negotio perspicere, vniuersas istas hominum, praeiudicatis opinionibus abreptorum, molitiones desperatae causae praebere iudicia, poterantque sibi ipsis relinquere eos, qui volentes videre nolebant, et in veritate agnita acquiescere: interim tamen imperitiorum, quorum omnino plerique sunt, conditio postulabat, vt nebulae, veritati subinde obiectae, dissiparentur, quo eadem eo lucidius exsplendesceret apud omnes. Recte igitur fecerunt viri, eruditionis laude conspicui, deque coelesti veritate bene merentes, quod temerariis hostium diuinitatis Christi conatibus obuiam euntes, bonitatem causae ostenderint. Plures commemorari possent, qui hoc labore egregie defuncti sunt: sed supersedeo censu eorum instituyendo, si saltem B. BAYMGARTENIVM^{e)} nominauerim.

§. II.

Verum enimvero ne sic quidem IO. IAC. WETSTENIVS sibi satisfactum esse putauit; sed pro eo, quo Socinianorum placita amplectebatur, fauore omnem^{d)} mouit lapidem, vt, PAVLVM fummae Deitatis Christi praekonem in hoc loco non esse, lectoribus suis persuaderet. Diuellenda nimirum censet verba *ὁ ὢν ἐπὶ πάντων* ab iis, quae sequuntur *Θεὸς ἐνλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας*, et inciso facto, hunc sensum sibi concipit: *Iudaeos Christus ratione humillis suae naturae propius contigit, qui omnium (Iudaeorum scilicet et gentium) est Dominus; Deus vero (quod talem et tantum Messiam dedit) est laudandus.* Nec noua protulit, nec haecenus nondum confutata; siquidem IOH. LOCKIUS et SAM. CLARKIUS eandem ante ipsum tibiam instarunt: interim cum, compluribus patrum locis, pro sua sententia allegatis, insigniter abusus, aliisque ratiunculis nixus, Vir propter eruditionis famam illustris incautioribus facile imponere possit; visum est mihi, specimen

e) In peculiari programme MDCCLXVI edito, quod post nouam editionem commentario in ep. ad Rom. vernaculo sermone scripto adiunctum est.

d) In edit. N. T., ad h. l.

specimen inaugurale edituro, locum Paulinum denuo tractare, atque simul, sicuti in aliorum, ita imprimis in WETSTENII *Πλαγιαίος* inquirere. Neque dubito, quin scriptione mea aliquam saltem apud recte sentientes initurus sim gratiam, quia nemo, quantum recorder, hucusque exstitit, qui contraprauas WETSTENII artes, ad perverrendum verum sensum adhibitas, data opera disputasset.

§. III.

Quum vero omnibus in rebus rite ponderandis accuratum singularum partium examen praecedere debeat, itaque hic eandem tenebimus rationem, *ante omnia* de vera, cum analogia linguae et scripturae consentiente vocum lectione, *deinde* autem de sensu vero, quantum in nobis est, visuri. Ad *primum*, quod atinet, sunt, qui pro *ὁ ὅ* nobis obrudere volunt *ὁ ὁ*. Id vero, quocumque modo explicetur, nullo modo probandum, aut receptae lectioni praefendum est. Et *primo* quidem huic transpositioni CODICES omnes, quotquot habemus, manuscripti obstant, de quorum consensu nos eo magis gloriari possumus, quo magis ipsemet WETSTENIVS, diligentissimus variarum lectionum collector, praesertim iis in locis, quae pro Christi diuinitate faciunt, confiteretur, SCHLICHTINGIVM ex coniectura hanc vocum transformationem amplexum esse, adeoque pro illa ne vnum quidem alicuius codicis reperiri testimonium. *Deinde* vero eidem opiniunculae reclamant VERSIONES ANTIQVIORIS, quae omnes communi inhaerent lectioni, quas inter omnium luculentissimae sunt Vulgata atque Arabica, quarum illa vertit: *qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen*; haec vero ita fluit: *qui est immobiliter super omnia Deus benedictus in secula, Amen*.

§. IV.

Porro eidem opponimus consensum PATRVM ECCLESIAE, tam ante NICAENORVM, quam post ARIVM eruditione conspicuorum, quorum nullus hanc lectionem commemoravit, omnibus in hoc dicto proferendo communem sequentibus lectionem. Eius rei causa

prouoco ad IRENAEVM sec. II. scriptorem, qui in libro *aduersus haereticos* e), Christum Deum esse probaturus, ad PAVLI inprimis epistolam ad Romanos recurrit, et praeter locum ex cap. I, 4. nostrum quoque, in quo versamur, adducit. Ait enim: *iterum ad Romanos scribens Paulus de Israelitis dicit; quorum Patres et EX QVIBVS CHRISTVS SECVNDVM CARNEM, QVI EST. DEVS SVPER OMNES BENEDICTVS IN SECVLA.* Huic succedat TERTVLLIANVS, f) qui duobus in locis disputationis aduersus *Praxeam*, vbi pluralitatem Deorum, quam is defendebat, refutat, et simul Monarchianorum sententiam, quod correlatiua atque adeo diuersa sint Pater et Filius, impugnat, diserte asserit: *Itaque Deos omnino non dicam, nec Dominos, sed Apostolum sequar, et si pariter nominandi fuerint Pater et filius, Deum Patrem appellem et Iesum Christum Dominum nomenem. Solum autem Christum potero Deum dicere, sicut Apostolus: EX QVIBVS CHRISTVS, QVI EST, inquit, DEVS SVPER OMNIA BENEDICTVS IN OMNE AEVVM.* Quae Pauli verba alio in loco g), in quo ex N.T. Patrem et filium esse diuersos, probat, eodem modo repetit. Possem plura plurium patrum loca, quae non minus eiusmodi lectionem ignorant, e. c. ORIGENIS, CYPRIANI, PATRVVM SYNODI ANTIOCHENAE, DIONYSII ALEXANDRINI, ATHANASII et sic porro, in medium proferre, nisi alii hic mihi otia fecissent. h)

§. V.

Denique his extrinsecis rationibus addo intrinsecam, eamque maximi ponderis. Vtitur PAVLVS in exponendis Iudaeorum Privilegiis, benigne a Deo concessis, anaphora. Ων, inquit v. 4 ἡ ἱεροθεσια και ἡ δοξα κ. τ. λ. ὡν οἱ πατερες pergit v. 5. και ἐξ ὧν ὁ χριστος. Cum igitur huic ultimo particulam και praemitat, qua, commodorum recensionem finitam esse, manifeste prodit: qui fieri potest, vt de nouo eorum documento cogitetur? Qui rerum variarum seriem

e) L. III. c. 18.

f) contra Praxeam c. 13.

g) l. c. c. 15.

h) e. c. 10. BENED. CARPZOVIVS in *disf. de diuinitate Christi* ex Rom. IX, 5. p. 6. sqq. 10. MILLIVS ad h, l. et DIONYS, PETAVIVS *Dogm. Theol.* Vol. II.

riem, adhibita anaphora, tradit, et post enumerata quaedam membra nouo cuidam particulam copulatiuam praefigit, is omnino fermonem, per anaphoram eo vsque continuatum, absoluisse creditur. Quod quia omnes, cum ratione, bene et cohaerenter loquentes, quacumque demum lingua loquantur, inter se commune habent; neque vllum ex scriptis Paulinis exemplum in contrarium afferri potest: haud sine absurditate fingeres, Spiritum S. in his verbis, Paulo inspirandis, a communi dicendi forma recessisse. Namque id nihil aliud foret, quam ambiguitate dicendi insidias struere lectori, et locum errori facere. Atque hoc animaduertent, qui, aliam peruertendae vulgatae lectionis viam ingressi, particulam *καὶ* in dubium vocare sustinuerunt, inducti a MILLIO ⁱ⁾, monente auctoritate ESTII, omisam esse in codicibus quibusdam voculam *καὶ*, et praeterea nec CYPRIANVM ^{k)} nec HIPPOLYTVM ^{l)} eam afferre. At enim vero codices obiectos quod attinet, sapiens vtrique est criticorum omnium praecipuum, plurimorum codicum lectionem sequendam, nec ob paucos, a reliquis diuersos, vulgatam lectionem deferendam esse, nisi grauisima obster ratio; quae minime omnium hic occurrit. Cui accedit, quod codices, ab ESTIO indigitati, graeci non sunt, sed latini. Idem fere valet de patribus, quorum 1) pauciores 2) latini, vno excepto Hippolyto, hanc particulam *καὶ*, 3) in recitatione huius oraculi memoriter facta, omiserunt, qui longe maiori numero patrum, istam adferentium, opponi non possunt; quod optime obseruauit E. BAVMGARTENIVS ^{m)}, sicuti idem Vir summus de loco HIPPOLYTI praecclare pronuntiat: *vti nemini in mentem venerit, vocem καὶ dubiae pronuntiare auctoritatis, quod in neutro HIPPOLYTI inueniatur loco, atque ab aliis etiam omittatur scriptoribus; ita quoque particulae καὶ omisso nihil valet ad eam suspectam reddendam.* Pro nobis igitur stant codices graeci omnes, quibuscum et versiones faciunt antiquae ad vnam omnes, nec non veteris ecclesiae doctores, praesertim Graeci, quorum nullus in laudando hoc dicto voculam *καὶ* praetermisit.

A 3

§. VI.

i) in notis ad h. l.

k) Test. l. 2. p. 448. F. ed. Venet. 1728. contra Nöetum p. 7. 10. T. II. ed. Fabric. l) de Deo trino et vno etc. p. 61. m) l. c. P. VII.

VI VINDICIAE LOCI ROM. IX, 5.

§. VI.

Pedem promoueo ad vocem *θεος*, quam nonnulli nefario plane ausu ex oratione Paulina eliminare student. *Nefarium* dico, quia tot pro hac voce militant argumenta, quot desiderari queunt; quibus qui refragari velit, is iure meritoque hypothesi, quam idoneis rationibus sustentare non potest, turpiter inseruire existimandus est. Nulla enim codicum exempla eam omittunt, quibuscum praeterea versiones antiquae faciunt omnes. Nec apparet, quomodo dicere potuerit GROTIUS, n) patere ex *Syro*, veteres codices legisse *ὁ ὡν ἐπι παντων εὐλογητες* κ. λ. cui, ut vi in *Arte critica* aliter senserit, CLERICVS o) fauet. Syriaca sane versio *το θεος* per *ⲗⲟⲩ* exprimit. Si vero vel maxime vel editionem aliquam versionis Syriacae vel codicem aliquem viderit sine hac voce: propterea tamen ea ipsa minime proscribi debet; quia vnius codicis vel editionis ab omnibus reliquis diuersitas non habere vim tantam potest. Verum nituntur, qui ex parte aduersa stant, cum GROTIUS etiam scriptorum Ecclesiasticorum auctoritate, quos dicunt vocem *θεος* in hoc dicto Paulino commemorando omisisse. Sed id sine negotio refelli potest. Ecclesiae antiquae scriptores, quibus nitantur, commemorant HILARIUM, CYPRIANUM et CHRYSOSTOMUM; sed infelici fidere. HILARIUS enim, quem in hoc dicto vocabulum *θεος* praetermisisse nonnulli putant, reuera illud habet, non solum in libris de Trinitate, verum etiam in eo ipso loco p), quem aduersarii nobis obiiciunt. In editione nimirum Benedictinorum pariter, atque in ea, quam Maffejus procurauit, quae omnino ad Codd. MSt. fidem diligentissimè exacta est, dictum ita laudatur: *et rursum: EX QUIBUS CHRISTVS, QVI EST SVPER OMNIA DEVS. Hoc ergo propter Dominum dictum est, vt intelligeremus per id, quod vnus innascibilis Deus est, non adimi vnigenito Deo posse, quod Deus est.* Ad quae verba nullam vllius codicis a nostra diuersam lectionem annotatam conspicimus. Haec egregie, vt solet, obseruauit BAVMGARTENIVS, immo plura ad rem pertinentia addidit q), quae apud ipsum videri queunt. Eodem modo nec Cy-
pria-

n) ad h. l. o) in notis ad Hammond. ad h. l.

p) in Pf. CXXII, T. I. p. 443. A. q) l. c. p. XVIII.

prianus ^r), quem similiter vocabulum *θεος* in commemorando hoc dicto omisisse iactant, et quidem in capite illo, cuius totius argumentum est, quod Christus sit Deus, nobis aduersatur. Namque codicum numerus, in quibus non exstet, exiguus est, quum e contrario permulti vocabulum *Deus* addant; qua de re iterum consili debet BAVMGARTENIVS. Et profecto, credibile non est, Cyprianum, Terrulliani discipulum, in laudandis codicis sacri locis eodem vbique praeceptoris sui codice usum, vocem *DEVS* non agnouisse. Ad CHRYSOSTOMI denique auctoritatem ^s) male prouocati, docetur loco aliquoties excitato.

§. VII.

Longe impudentior et minime toleranda est WETSTENII agendi ratio in loco EVSEBII, cum CLARCKII ^t) vestigia premens, de verbis Eusebii ^r) *ολην χριστιανων πολυχνην υφαφαντες κατεφλεξαν αυτους τον επι παντων θεον χριστον επιβουωμενες* ita sentit, vt manifestum esse pronunciet, vocem *χριστον* non ab Eusebio, sed ab interpolatore, fuisse insertam. In quo quam temere quamque audacter fecerit, demonstratione vix indiget. Nam si cuilibet hoc liberum esset, vt scriptoris alicuius loca ea, quae suae aduersarentur sententiae, pro lubitu vel deleteret, vel immutaret, vel omnino ad suum ingenium refingeret; quid saluum in libris diuinis et humanis foret? WETSTENIVS autem ipse quid nobis iure opponeret, si nos, eandem sequentes rationem, ea veterum scriptorum loca, quae suae sententiae patrocinari existimat, peruertere, et ad nostram mentem trahere sustineremus? Nullus omnino EVSEBII codex MStus ipsi praesidio est, nec VALESIVS in eruditissimis suis notulis eum adiuvat, nec NICEPHORVS ^u), Epitomator EVSEBII, haec verba aliter profert, sed vocabulum *χριστος* retinet. Ex quibus omnibus, quam vere temeritatis et audaciae virum doctissimum accusauerimus, clarissime patet.

§. VIII.

- ^r) Testim. I. II. p. 448. F. ^s) ad h. l.
^t) In the scripture doctrine of the trinity opp. T. IV.
^u) H. E. I. VIII. c. II. ^u) H. E. I. VII. c. 10.

§. VIII.

Quanquam vero nullum aduersariorum argumentum, quod adhuc protulimus, eiusmodi est, vt eius infirmitas non facillime possit demonstrari; atamen in quibusdam liberaliores simus, et concedamus tantisper, quae salua veritate et nostra causa possunt concedi. Largiamur igitur, HILARIUM et CYPRIANUM verbum DEVS omisisse; concedamus, argumentum ex CHRYSOSTOMI loco peti- tum esse firmum. Quid tandem inde emolumenti redundabit ad contrariae sententiae defensores? Si enim haec verba $\delta\ \omega\ \nu\ \epsilon\ \pi\ \iota\ \pi\ \alpha\ \nu\ \tau\ \omega\ \nu$ ad Christum pertinent, quod agnoscunt, qui de verbo $\theta\ \epsilon\ \omicron\ \varsigma$ pugnant; tum tamen relinquatur sententia, vt sit, QUI EST SVPER OMNIA, non solum omnibus excellentior, verum etiam omnibus superior, hoc est, omnium rerum moderator et dominus. Quae sententia ita se habet, vt Christi diuinitatem perspicue demonstret, et cum titulo N. T. perquam conueniat: multis enim in locis vel iisdem prorsus, vel aliis, eiusdem tamen sensus, verbis, occurrit, non solum quando de secunda, sed etiam quando de prima persona sermo est. Formula nimirum $\delta\ \omega\ \nu\ \epsilon\ \pi\ \iota\ \pi\ \alpha\ \nu\ \tau\ \omega\ \nu$ in N. T. est $\pi\ \epsilon\ \rho\ \iota\ \theta\ \rho\ \alpha\ \iota\ \varsigma$ veri Dei, sicuti pluribus scrip- toribus sacris familiaris, ita inprimis diuo Paulo frequentata; atque opponitur iis, qui non natura et essentia, sed humana tantum opi- nione pro Diis reputantur, quales Gal. IV, 8. 1 Cor. VIII, 4. descri- buntur. In epistola quidem ad Ephesios IV, 6. Paulus dicit $\epsilon\ \iota\ \varsigma\ \theta\ \epsilon\ \omicron\ \varsigma\ \kappa\ \alpha\ \iota\ \pi\ \alpha\ \tau\ \eta\ \rho\ \pi\ \alpha\ \nu\ \tau\ \omega\ \nu$, quem locum de diuinitate Dei pa- tris intelligi debere, ipse WETSTENIVS non negat. Sed simili modo de Christo dicitur Actor. X, 36. $\acute{\alpha}\ \theta\ \epsilon\ \omicron\ \varsigma\ \epsilon\ \iota\ \varsigma\ \iota\ \nu\ \pi\ \alpha\ \nu\ \tau\ \omega\ \nu\ \kappa\ \upsilon\ \rho\ \iota\ \omicron\ \varsigma$ x) et Hebr. X, 36, $\sigma\ \upsilon\ \kappa\ \alpha\ \tau\ \acute{\alpha}\ \rho\ \chi\ \alpha\ \varsigma$, $\kappa\ \upsilon\ \rho\ \iota\ \epsilon$, $\tau\ \eta\ \nu\ \gamma\ \eta\ \nu\ \epsilon\ \theta\ \epsilon\ \mu\ \epsilon\ \lambda\ \iota\ \omega\ \sigma\ \alpha\ \varsigma\ \kappa\ \alpha\ \iota\ \epsilon\ \rho\ \gamma\ \alpha\ \tau\ \omega\ \nu\ \chi\ \epsilon\ \iota\ \rho\ \omega\ \nu\ \sigma\ \upsilon\ \epsilon\ \iota\ \varsigma\ \iota\ \nu\ \delta\ \iota\ \acute{\alpha}\ \nu\ \theta\ \alpha\ \nu\ \alpha\ \iota$. Apoc. I, 5. $\circ\ \alpha\ \rho\ \chi\ \omega\ \nu\ \tau\ \omega\ \nu\ \beta\ \alpha\ \sigma\ \iota\ \lambda\ \epsilon\ \omega\ \nu\ \tau\ \eta\ \varsigma\ \gamma\ \eta\ \varsigma$ et Tit. II, 13. $\mu\ \epsilon\ \gamma\ \alpha\ \varsigma\ \theta\ \epsilon\ \omicron\ \varsigma$,posito gradu politiuo pro superlatiuo y), Iohannes cap. III, 31. de eo dicit $\delta\ \acute{\alpha}\ \nu\ \theta\ \epsilon\ \nu\ \epsilon\ \rho\ \chi\ \omicron\ \mu\ \epsilon\ \nu\ \omicron\ \varsigma\ \epsilon\ \pi\ \alpha\ \nu\ \omega\ \pi\ \alpha\ \nu\ \tau\ \omega\ \nu\ \epsilon\ \iota\ \varsigma\ \iota\ \nu$, quod Iohannis dictum iisdem fere verbis repetit Paulus Ephes.

x) Conf. CELEB. et S. R. ERNESTI (PRAECEPTORIS NUNQUAM SATIS DEVENERANDI) Caltigat. in WETSTENII N. T. p. 13.
y) Plura huius generis loca exhibet GLASSIVS l. c. L. III. tract. I.

Ephes. IV, 10. ὁ καταβας, αὐτος ἐστὶ καὶ ὁ ἀναβας ὑπερανῶ πάντων τῶν ἡρανῶ. Matth. XXVIII, 18. Christus ipse de se ait: ἔδοθη μοι πασα ἐξουσια ἐν οὐρανῶ καὶ ἐπὶ γῆς et Ioh. XVII, 2. πατερ, καθως ἔδωκας αὐτῶ (ὕψ) ἐξουσιαν πασης σαρκος. Ebr. VII, 26. ὑψηλοτερος τῶν ἡρανῶ. Luc. I, 32. Angelus de Christo ad Mariam dicit, ἔσθαι μεγας καὶ υἱος ὑψιστου κληθήσεται h. e. hic maximus et filius Dei altissimi erit, quae vox ὑψιστ exprimit hebr. מְאִלְחָם, κατ' ἐξοχην verum Deum et summum denotans Num. XXIV, 16, quod et τὸς O non fugit, qui vel per θεος Num. XXIV, 16. vel per ὑψιστος 2 Sam. XXII, 14. verterunt 2). Quid ergo dubii restat, quo minus iste, qui ea περιφρασει, quam de vero Deo vsurpant scriptores N. T. denotatur, plane idem sit verus Deus vt Pater, et eiusdem cum Patre numero esientiae.

§. IX.

Sed veniendum est ad alteram disputationis nostrae partem, acturi de tota propositione, quae non minus, quam superior illa, virorum eruditorum ingenia exercuit, aliis verba illa Pauli pro δοξολογια, scriptoribus sacris satis frequenti, habentibus, aliis vero, eam hic dari, vehementer negantibus. Quam litem, si de δοξολογιας indole, in Scriptura sacra et in scriptis Iudaeorum recepta, conuenerit, facile componi posse, existimamus. Quoties igitur scriptores diuini in codice sacro δοξολογια vtuntur; toties in promptu est obseruare, eam nunquam connecti cum praecedentibus, vt ab iis regatur forma verborum, sed per se enunciari, et peculiarem quasi orationis partem constituere. Nam aut recti casus omnes sunt, aut per σι connectuntur cum praecedentibus. Prioris aserti veritatem commoustrant ipsa Script. Sacrae loca v. c. ex Vet. Test. Pf. LXXXII, 18. Pf. CXVIII, 26.

B

vbi

2) Illustrationis causa addo, Messiam a Iudaeis nomine filii supremi appellari in scriptis suis: Pertinet huc locus ex libro Sohar Genes. fol. 88. col. 348. ex versione Sommeri p. 43. Hic filius est pastor fidelis. De te dicit. Pf. II, 12. ofeulamini filium it. v. 7 tu es filius meus. Est autem ille princeps Israelitarum Dominus super inferiora, dominus Angelorum ministrantium, filius supremi, filius Dei etc. Cf. SCHOETTGEN Hebr. II, 6.

vbi verba בְּרִיךְ etc. in neutro locorum cohaerent cum antecedentibus Pfalmsi versiculis. Eadem omnino est ratio in N. T. Et locus quidem Luc. II, 13. 14. omnium est euidentissimus: siquidem verba, $\text{δοξα εν υψιστοις Θεω}$, nec cum iis, quae praecedunt, cohaerent, nec cum iis, quae subsequuntur; sed peculiarem prorsus constituunt orationem. Posteriori asferro robur addit locus Matth. VI, 13. vbi verba $\text{στι σου εστι η βασιλεια κ. λ.}$ minime cohaerent cum praecedentibus versiculis: ratio enim, cur a Deo petamus, tam quae corpus, quam quae animam concernunt, inest iam in verbis v. 9. ο εν τρις ηρανοις . Quod vero ad particulam στι v. 13 , attinet, idem ea valet ac ebraeorum, כִּי . Quae vti nonnunquam redundat, ita eodem modo particula στι hic superflua est. Vberius hoc docent GLASSIUS ^{a)} et NOLDIUS ^{b)}. Similis est ratio δοξολογιων , quas scripta Iudaeorum exhibent, qui tribus potissimum formulis vtuntur, quibus eas exprimere consueuerunt: זכרנו לברכה ; ויתברך שמו ; הקדש ברוך הוא .

§. X.

Quae cum ita sint, facillime diiudicari nunc potest quaestio: vtrum verba $\text{δ ων κ. λ. δοξολογιας}$ nomine venire hic possint, necne? Plerique interpretum pro δοξολογια pugnant, eiusque rei causa ad loca epistolarum Paulinarum similia prouocant. Sed eorum argumenta neque cum regulis interpretationis, neque $\text{δοξολογιων κριτηριαις}$ conueniunt. Et nos quidem cum CALOUIO ^{c)} RAMBACHIO ^{d)} et S. R. NOESSELTO ^{e)} contendimus, verba δ ων - αιων descriptioni diuinitatis Christi inferuire, iubentibus verbis praegressis κατα σαρκι , et confirmantibus id ipsum aliis Paulinae epistolae locis parallelis. Defensores δοξολογιας potissimum vrgent vocem ευλογητος , ideoque alia loca commemorant, in quibus δοξολογια a verbo ευλογητος incipiat v. g. Eph. I, 3. 2 Cor. I, 3. 1 Pet. I, 3. Quanquam vero hoc negari non potest, rem tamen vniuersam non conficit; quia vox ευλογητος non

a) l. c. l. III. tr. 7. c. 18.

b) in concord. part. hebr. sub voce כִּי .

c) in bibl. illustr. ad h. l.

d) in comment. ad h. l.

e) in disc. grammat. ad Rom. IX.

non minus in eiusmodi locis legitur, vbi nullum plane doxologiae vestigium comparct. Vt hoc magis intelligatur, obseruasae iuvat, viros θεοπνευστες N. T. in vsu huius vocis *εὐλογητός* in mente habuisse hebraeorum ברוך, quod de solo vero Deo adhibetur, illiusque synonymum est. Optime hoc viderunt LXX. interp. qui vbique ברוך per *εὐλογητός* verterunt, vt simul notionem cultus, reuerentiae, et laudum, quibus a nobis prosequendus est Deus, lectoribus suis insinuarent. Corroborat ea, quae diximus, locus Marc. XIV, 61. vbi summus sacerdos ex Christo quaerit: *συ εἶ ὁ χριστός ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ;* quae Matth. c. XXVI, 63. sic enunciat: *εἰ συ χριστός ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.* Ex quo patet, voce *εὐλογητός* indicari verum Deum. Indeque ipsi Iudaeorum doctores, de Deo loquentes, semper formula שׁוּקֵי מִצְוֵי בְרוּךְ בָּרוּךְ vtuntur. Enimuero non Deum patrem solum, sed etiam Messiam in scriptis Rabbinorum hoc nomine insignitum reperimus. Evidentissimum exemplum legimus in libro Sohar Genef. f) ומלכא דברקב בשמא דאמרה דאמרה; item in Bereschit Rabba g) לׁוּבֵי קַבְבָּ מַטְטָרוּן. Quid igitur obstat, quominus Paulum vocabulo *εὐλογητός*, substrata eadem notione, vsū esse existimemus, qua vsus est Marcus in historia euangelica? praesertim cum scholis celeberrimi tunc temporis doctoris Gamalielis interfuisset, in quibus tantum profecerat, vt versatissimi in V. T. et scriptis Iudaeorum haberet nomen. Interim non hoc tantum in loco Pauli, sed etiam in aliis epistolarum locis *εὐλογητός* significat verum Deum, ex quibus nostrae interpretationi multum roboris accedit. Videatur ergo Rom. I, 25. vbi Paulus de posthabita a gentilibus naturali de Deo cognitione disserens, postremo de cultu idolis praesfito ita loquitur: *οἱ τινες μετεηλάξαν τὴν ἀληθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψευδεῖ, καὶ ἐσεβασθησαν καὶ ἐλατρευσαν τὴν κτισομένην παρὰ τὸν κτισάντα ὃς ἐστὶν εὐλογητός εἰς τοὺς αἰῶνας.* Nemo negat, verbis *ἀληθειαν τοῦ Θεοῦ* verum Deum, *ἐν τῷ ψευδεῖ* commentitium notari. Ille verus Deus est *ο κτισας*, cui verbo per *επεξηγησιν* addit *ὃς ἐστὶν εὐλογητός εἰς τὰς αἰῶνας*, solus aeterna et perpetua laude dignus, solus is, quem *εὐλογητός εἰς τὰς αἰῶνας* dicere possumus, qui re-

B 2

ligiosè

f) loca scriptorum Iudaeorum dat SCHOETTGEN l. c. Vol. I, p. 717.
g) col. 249, fol. 63.

ligiose colendus sit. Alter locus huic simillimus exstat 2 Cor. XI, 31. ubi fata sua narrans, ne verbis suis fides detrahatur, Deum testem advocat cum tali *επεξηγησει*: ὁ θεος και πατηρ τα κυρια ημων Ιησους Χριστος ιδεν, ὁ ὦν εὐλογητος εἰς τας αιωνας, ὅτι ου ψευδομαι. SCHOETTGENIVS ^{h)} quidem in verbis, ὁ ὦν εὐλογητος κ. λ. *δοξολογίαν* quaesivit, eumque in finem nonnulla loca scriptorum Iudaicorum collegit, in quibus verba *יְשׁוּעַתַּיִם* mediae inferuntur orationi, ut inde suae praesidium compareret sententiae; sed tum ea, quae §. X. de *δοξολογία* proposita sunt, ei repugnant, tum etiam hoc, quod eodem modo et epitheta et adiunctiones nominis divini, ad ipsius laudem et gloriam spectantes, pro *δοξολογία* habendae essent. Quum autem in explanandis sacris litteris non sufficiat convenientia cum linguae analogia et parallelis; sed diligentius etiam animaduertendum sit, vtrum nexus aliquam interpretationem admittat, nec ne: igitur hic quoque non praetermittenda aut posthabenda est haec observatio. WOLFFIVS ⁱ⁾ commemorat, OLEARIVM ^{k)} scripsisse, sicuti vi nexus eadem *δοξολογία* supra c. I, 25. spectat ad Deum creatorem; ita hoc loco eiusdem nexus vi ad Christum. Et sicut Apostolus priori loco hac *δοξολογία* utebatur ad detestationem vilipendii ab idololatriis adversus creatorem exerciti; ita ob simile vilipendium Christi inter Iudaeos, qui eum recipere volebant, eandem hoc loco adhibet. Sed virum beatum hic petiisse id, quod in principio est, existimamus. Assumit id, de quo quaeritur, an scilicet in hac verborum structura *δοξολογία* reperiat. Id vero est, quod nego et pernego; nec vlla causa idonea potest proferri, quare hic *δοξολογία* vsus sit Apostolus, quum nullius beneficii, vel sibi ipsi vel Romanis collati, mentionem fecerit, pro quo grates persolverit Deo; sed bona, quibus Iudaica gens prae reliquis erat superior, inter quae praesertim Christi ex iis secundum humanam naturam origo eminebat, commemorat. Optime itaque rem suam egere interpretes, qui in hoc commate duplicem Christi naturam demonstrari iudicarunt, alteram, qua nobis similis est, in verbis *κατα σαρκα*, alteram, qua est *ἐπι παντων θεος*
εὐλογη-

h) l. c. ad hunc locum.

i) in curis Philol. ad h. l.

k) in dissert. de adoratione Dei Patris per Iesum C. §. 40.

εὐλογητός εἰς τὰς αἰωνούς, id est, super omnia verus Deus, atque ut
 verus Deus glorificandus. Eandem Christi descriptionem Apostolus
 c. I, 3. 4. huius epistolae attulerat, in qua de tota Christi persona di-
 cit verbis *περὶ τῆς υἱοῦ αὐτοῦ*, quam deinde in *παρουθεσει* copiosius ex-
 plicat duobus membris, quorum prius v. 3. *τῆς γενομένου ἐν σπέρμα-
 τος Δαβὶδ κατὰ σαρκά*, h. e. qui ortum ducit ex genere Davidis se-
 cundum humanam naturam; posterius *τῆς ὄντωντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνά-
 μει κατὰ πνεῦμα ἁγίου* h. e. qui idem effica-
 cissime demonstratus est filius Dei secundum spiritum maiestaticum, id
 est, quatenus est verus et gloriosus Deus, reditu ab inferis. Vnde re-
 cte probat BENGELIVS ¹⁾ SAM. CRELLIVM, qui *δοξολογίαν* ab hoc
 loco remouet. Itaque concidit argumentum, quod aduersarii a *δοξο-
 λογία* in hoc loco petunt, referentes totum hoc ad Deum patrem et
 ad eius laudem. Nec vero hic laborabimus in refellendis illis, qui
 ab additamento vocis *ἀμὴν δοξολογίας* praesidium petunt, qui et qui-
 busdam locis nixi adferunt, *Paulum plerumque δοξολογίας sic finire so-
 lere*. Hoc enim non sufficit; sed definiendum erat, quando et vbi
 hoc verbum indicaret *δοξολογίαν*? Falso itaque concluditur a specie ad
 genus. Paulus hoc loco *το ἀμὴν* adhibet, ut dicta de Christo confir-
 mer; vnde sensus huius voculae hic est: *quod dixi* (licet CHEMN-
 TII verba ^{m)} mea facere) *non incerta cogitatio aut dubia est opinio,
 sed verum, certum, firmum et stabile est, quod dico*. Locus itaque
 noster rectissime iis accensetur, in quibus fortius asseueratur,
 quod dictum est, quae significatio primum locum obrinet apud
 GLASSIVM ⁿ⁾.

§. XI.

Etsi vero secundum Grammatices et genuina interpretationis
 praecepta dictum hoc euentissimum sit pro diuinitate Christi confirman-
 da testimonium: nihilo tamen minus de Deo patre intelligendum illud
 esse contendit WETSTENIVS, ideoque ingentem testium conscribit
 ceteruam, quibus suam tueri possit sententiam; quae sigillatim perfe-

B 3

qui

1) in Gnomone ad h. l.

m) harm. c. 28.

n) Philolog. Sac. L. III. tractat. V. can. 16.

qui iubet instituti ratio. In principio notae, nostro versiculo subiectae, commemorat recentioris aevi testimonia, quae plane nihil habent, quo WETSTENIUS suam defendere queat interpretationem. Cui accedit, quod excizatus BVCERVS vacillet in hujus dicti explicatione. Supervacaneum itaque esset, haec BVCERI et reliquorum recentiorum interpretum dicta perstringere. Et quum omne ipsius disensus pondus ab eo suspensum sit, ut demonstrare nitatur, verba; *ὁ ὢν ἐπι πάντων Θεός*, de SOLO DEO PATRE interpretatos esse veteres Ecclesiae doctores: nos contra docebimus, eos hanc formulam de FILIO DEI pariter accepisse; deinceps vero in excutiendis singulis testimoniis, ex antiquae ecclesiae scriptoribus a WETSTENIO collectis, versabimur.

§. XII.

Quod itaque ad ea testimonia, quae contra WETSTENIUM valent, spectat, ea sunt duplicis generis. In nonnullis ipsa verba *ὁ ὢν ἐπι πάντων Θεός*; in nonnullis autem alia, sed ejusdem sensus, de filio Dei, Iesu Christo, occurrunt. Inter prioris generis testimonia primas tenent ea Patrum primae ecclesiae loca, ubi clarissimis verbis *ὁ ἐπι πάντων Θεός* de CHRISTO interpretantur. Prouocamus ejus rei gratia ad IRENAEVM, TERTVLLIANVM, et alios, quorum iam §. IV. mentionem feci. Quibus facile alii, qui non contemnendum numerum constituunt, addi queunt, quorum omnium recensione lubens supersedeo, quia CARPZOVIUS ^o) eorum et nomina et dicta iam attulit. Vnde satis constat, haec verba etiam de FILIO, non de DEO PATRE solum, olim accepta esse. Quod si enim Patres Ecclesiae hanc formulam DEO PATRI propriam iudicassent; planum est, eos locum, de quo agimus, iisdem retentis textus verbis, interpretaturos de CHRISTO non fuisse. Et haec quidem sufficerent aduersus WETSTENIUM testimonia; luber tamen vel vnum alterumue superaddere. Primum dicit IRENAEVS P), *Dominus noster et magister in ea responsione, quam habuit ad Sadducacos, qui dicunt resurrectionem non esse, et propter hoc inbonorantes Deum atque legi detrahentes, et resurrectionem ostendit,*

^o) dis. de diuinitate Christi ex Rom. IX, 5. §. IV. sqq.

P) aduersus haereses I. IV. c. II.

et Deum manifestavit, dicens eis: erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. De resurrectione enim, inquit, mortuorum non legistis, quid dictum est a Deo dicente: ego sum Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Iacob? et adiecit: non est Deus mortuorum, sed viventium: omnes enim ei vivunt. Per haec manifestum fecit, quoniam is, qui de rubo locutus est Mosi, et manifestavit, se esse Deum Patrum, hic est viventium Deus. Quis enim est vivorum Deus, nisi qui est super omnia Deus, et super quem alius non est Deus? Paucis interjectis pergit: qui igitur a Prophetis adorabatur Deus vivus, hic est vivorum Deus et verbum ejus, qui et locutus est Mosi, qui et Sadducaeos redarguit, qui et resurrectionem donavit. Ex quibus IRENAEVS paulo post ita concludit: Ipse igitur CHRISTVS cum PATRE est VIVORVM DEVS, QVI ET LOCVTVS EST MOSI, QVI ET PATRIBVS MANIFESTATVS EST. (LICET EST VLLI q) ad hunc locum verba mea facere) Quid his manifestus esse potest? Scilicet, juxta IRENAEVM qui Mosi de rubo locutus est, sequae Patribus manifestavit, is est Deus vivus. Deus viventium, Deus super omnia et super quem alius non est Deus. At juxta eundem IRENAEVM CHRISTVS ipse cum Patre is est, qui locutus est Mosi et patribus manifestatus est. Quid vero ex his sequitur? scilicet, ergo CHRISTVS ipse cum Patre est Deus vivus, Deus viventium, DEVS SVPER OMNIA, et super quem alius non est Deus: quod et in terminis IRENAEVS affirmat. Idem eum IRENAEO facit DIONYSIVS ALEXANDRINVS ^{r)}, qui de Christo his vitur verbis: ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός, κατὰ φύσιν ἡμῶν: quae paulo post hoc modo ^{s)} reperit: ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός, κυρίως ὁ θεός Ἰσραὴλ, Ἰησὺς ὁ Χριστός. Porro ORIGENES ^{t)} ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός de Christo dici affirmat, quum scribit contra eos, qui filium Dei non debere agnoscere Deum, contenderent his verbis: et quid de hoc loco Apostoli facient, in quo aperte CHRISTVS SVPER OMNIA DEVS ESSE DICITVR? Posterioris generis testimonia sint frequentia: CLEMENS ALEXANDRINVS ^{u)}, docens, Christum in salute hominum curanda a nullo hominum potuisse impediri, CHRI-
STVM

q) in defenf. fidei Nic. p. 127.

r) in epist. contra Paulum Samof. Bibl. P. T. XI. p. 289.

s) p. 290.

t) ad Rom. IX, 5.

u) Strom. I. VII.

XVI VINDICIAE LOCI ROM. IX, 5.

ΣΤΥΜ ΠΑΝΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ dicit. Neque silentio praetermittendus est egregius TERTULLIANI locus, qui vnus WETSTENII rationem refellit et vanitatis coarguit, adfirmantis, εἶναι ἐπὶ πάντων Θεῶν non primae et secundae ὑποστάσει commune esse attributum, sed primae proprium. Verba TERTULLIANI ita se habent *): *Nomen Patris, Deus omnipotens, altissimus, Dominus virtutum, rex Israelis, qui est, quatenus ita scripturae docent. Haec dicimus et in Filium competisse & in his filium venisse, et in his semper egisse, et sic ea in se hominibus manifestasse. Omnia, inquit, Patris mea sunt. Cur non et nomina? quum ergo legis Deum omnipotentem et altissimum, et Deum virtutum, et regem Israelis, et qui est, vide ne per haec filius etiam demonstretur, suo iure Deus omnipotens, qua sermo Dei omnipotentis. Ex omnibus hisce testimoniis itaque clarissime constat, το εἶναι ἐπὶ πάντων Θεῶν de prima et secunda in divinitate ὑποστάσει adhibitum legi, adeoque omnibus in locis, quae hanc formulam exhibent, attendendum esse ad praecedentia, vt, de quo fit sermo, intelligatur, nec temere, vbi ὁ ἐπὶ πάντων Θεός commemoratur, orationem ad Deum Patrem trahamus. Decipere autem hoc est, non docere, si testimonia asseras, quae ὁ ἐπὶ κ. λ. de Deo Patre praedicant; ea vero, quae Christo idem tribuunt, penitus praeterire.*

§. XIII.

Iam accedendum nobis est ad disquisitionem singulorum, ex antiquis scriptoribus collectorum, testimoniorum, quae ipsa docebunt, ea omnia vndique sine iudicio corrasisse WETSTENIVM. Ducem gregis cum aliis Socinianis et Neo-Arianis, quorum vestigia diligenter legit, esse voluit PSEUDO IGNATIVM, ex quo haec commemorat verba γ): *ἐ γνων, ὅτι τινες των τε σατανα ὑπηγετων εβληθησαν υμας ταραξαι: οι μεν, ὅτι Ἰησους δοκησει ἐγεννηθη, και δοκησει εσυρωθη, και δοκησει ἀπεθανεν; οι δε, ὅτι ἐκ εσω υιος τε δημιουργου. οι δε, ὅτι αὐτος εσιν ὁ ἐπὶ πάντων Θεός. Quae verba, minus accurate considerata, videri possunt aliquid valere aduersus nos, siquidem in iis vocabulum αὐτος necessario ad Ἰησὺν est referendum. Verum statim subse-*

x) adu. Prax. c. 17.

γ) in epist. ad Tarsenses II.

subsequens vberior istorum verborum explicatio verum eorum sensum patefacit, qua docetur, Christum ἀληθως γεννηθῆναι, verbis 2) και ὅτι ἐκ αὐτοῦ ἐστὶν ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς και πατὴρ, ἀλλ' υἱὸς ἐκεῖνος λέγει ἀναβαῖνω πρὸς τὸν πατέρα μου και πατέρα ὑμῶν, και Θεὸν μου και Θεὸν ὑμῶν, και ὅταν ὑποταγῇ αὐτῷ τα πάντα, τότε και αὐτοῦ ὁ υἱὸς ὑποταγησεται τῷ ὑποταξαντὶ αὐτῷ τα πάντα, ἵνα ἡ ὁ Θεὸς τα πάντα ἐν πασι. Ὅχι ἐν ἑτέροις ἐστὶν ὁ ὑποταξας και ἂν τα πάντα ἐν πασι και ἑτέροις ᾧ ὑποταγῇ, οὐ και μετὰ πάντων ὑποτασσεται. Evidentissime haec verba declarant, auctorem epistolae respicere ad Noëtianos, vnam tantum in diuinitate admittentes ὑποστασιν, in priore epistolae loco, quorum sententiam deinceps locis sacri codicis impugnat et redarguit. Non immorabimur explicando vtrique sacrae scripturae loco, quia epistolarum auctor iis tantum vsus est, vt exinde plures in diuinitate ὑποστασεις, non vero secundam ὑποστασιν, cum prima eandem habere numero subsistentiam, demonstraret. Hoc vero saltem dico, mirum videri posse, quomodo WETSTENIVS haec verba commemorare potuerit, quum eorum summa sit: Christum a Patre differre, et diuersam plane esse ὑποστασιν; deinde vero eundem WETSTENIVM, quae ipsi sunt aduersa, in allegato omittere. Alter EIUSDDEM AVCTORIS locus ^{a)} hic est: πως δὲ παλιὴν ἐκ ἐτι σοι δοκεῖ ὁ Χριστὸς εἶναι ἐκ τῆς παρθενῆς, ἀλλ' ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ὁ ἂν ὁ παντοκράτωρ κ. τ. λ. Sed ad haec verba eodem prorsus modo respondendum est. Nam oppugnat sententiam, quae, Christum non esse natum ex Maria Virgine, sed in persona Patris simul esse, docet; vnde Christum et Deum Patrem diuersas esse ὑποστασεις asferit. Prouocat porro ad HIPPOLYTVM et EPIPHANIVM, ^{b)} quorum alter docet, Noëti aetelas ex hoc dicto docere conatos, Deum Patrem et Filium non esse diuersas ὑποστασεις. Noëtus itaque nobiscum in tantum consentit, quod in hoc loco diuinitatis Christi testimonium habeatur; sed eo simul, quod nos non tangit, ad haereticæ sententiæ speciem aliquam veri inducendam abusus est. WETSTENIVS autem hoc ipso HIPPOLYTI testimonio vitur ad im-

C

pugnans.

2) l. c. VII.

a) ad Philipenses VII.

b) contra Noëtum c. II.

XVIII VINDICIAE LOCI ROM. IX, 5.

pugnandam Seruatoris nostri diuinitatem. Quae viri doctissimi de Christo sententia quum quam longissime discreper ab Noëtiana; minime hic praesidium reperire potest. Eadem est ratio alterius testimonii ex EPIPHANIO ^{c)} (ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς διδάσκει ἡμᾶς λέγων πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς μου, διὰ τὸ ἐπὶ πάντων εἶναι θεός) refellente Noëtum, Pauli verbis commemoratis, vt demonstreret, filium esse diuersam a Patre υποστασιν, quem Pauli locum statim a Werstenio hic commemorata excipiunt verba. Pergit igitur ipsis Christi verbis, πάντα μοι κ. λ. prolatis in refutatione, et deinceps infert διὰ τὸ τοῦ κ. λ. Quorum verborum, si sine praesudicio considerentur, sensus est hic: Christus discrete de aliquo loquitur, quem patrem suum appellat; adeoque Christus et, qui hic commemoratur, Pater diuersae plane sunt υποστασεις. Vnde liquet, aliam praeter Patrem adhuc esse υποστασιν, quae idem sit verus Deus, ac Pater. Nostrae ergo sententiae potius hoc testimonium fauet, quam aduersario, qui aliud agens telum, quo contra ipsum pugnemus, suggestit. Confugit porro ad CONSTITUTIONES APOSTOLICAS, ^{d)} quibus nostram interpretationem perverteret, atque ad haec earum potissimum verba se recipit, vbi dicitur: ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν, αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν ὑποπτεύσων, αὐτὸν ἑαυτὸν πατέρα δοξαζόντες, αὐτὸν υἱὸν καὶ παρακλητὸν ὑποπτεύσαντες. Quae verba iterum pertinent ad Noëti opinionem. Ea autem testimonia nihil efficere, nec ad nostram mentem refellendam valere, iam ante demonstratum est.

§. XIV.

Eiusdem generis est, quod affert ex EVSEBIO ^{e)} ὡς δοκεῖ Μαρκελλῶ, ὁ ἐν τῇ ἀγίᾳ παρθενῶ γεννημένος, καὶ σαρκωθεὶς, καὶ

c) haeref. LVII, IX.

d) constit. 26. CLERICVS in margine allegat PSEUDO-IGNATII ad TARSENSES iam commemoratum locum, et in nota hisce verbis subiecta putat: opponi haec verba Simoni Mago, qui personas confudit, vt IRENAEVS et alii docent. Verum in eo nil reperimus, quod contra nos valere posset; nam cohortationem fugiendae impiorum haeticorum communionis habet.

e) Eccles. Theol. II. 4.

και ενανθρωπησις, και παθων τα αναγεγραμμενα, και αποθανων
 υπερ των αμαρτιων ημων, αυτος ην ο επι παντων θεος. Ο δη πολμη-
 σαντα φαναι τον Σαβελλιον η εκκλησια τε θες εν αδεις και βλασφη-
 μοις εγκριτελεξεν. Verba, ο επι παντων θεος, hic dici de prima in
 diuinitate υποσασει; negare non possumus. Sed exinde contra Chisti
 diuinitatem nullum duci potest argumentum. Nam ipsae haec voces nun-
 quam de alio nisi de vero Deo dicuntur. Cui accedit, si secunda in di-
 uinitate υποσασει eo insignita fuisset nomine, quo prima, nullo alio
 ipsi proprio addito; tum loca haec dubiae essent interpretationis, pluribus-
 que controuersis, quarum numerus tum temporis indies crescebat,
 locus esset datus. Qui nunc sequitur, EVSEBII locus, WETSTENIO
 magis quidem fauere videtur; sed in hoc quoque quam turpiter se de-
 derit, patet. Verba ipsa ita se habent f) διασαφει εξης, εκ ειπων,
 και ο λογος ην ο θεος μετα της τε αρεθς προδηκης, να μη αυτον ειναι
 τον επι παντων ορισηται. Docet EVSEBIUS rectum verborum ο λο-
 γος ην ο θεος sensum, ita vt Marcellum refellat, et probet, articulum
 ο additum esse voci λογος, ne quis interpretaretur, λογος esse in Deo,
 velut accidens quoddam in subiecto, et Deus et λογος pro vna habe-
 rentur υποσασει, cum sint duae, licet eiusdem numero essentiae. En
 praesidium, quod hic quaerit WETSTENIVS! nonne sola vox θεος
 EVSEBIO idem hic valet ac επι παντων θεος? Paulo post subsequen-
 tia hoc docent, vbi EVSEBIUS ita: εμολογην αναγκη τον θεολογη-
 μενον υπο της Ευαγγελισθ, μη τον επι παντων ειναι θεον, μηδ αυτον τον
 πατερα, τον δε τετα μονογενη υιον. Negare quidem non possumus,
 hunc locum nostrae interpretationi contrarium videri. Quodsi enim
 EVSEBIUS pro μηδ αυτον dixisset τετ' εσιν; tum Marcellum iis oppu-
 gnasset, et apprime cum nostra conueniret sententia. Interim tamen
 hic locus nobis nihil obest, nam vt supra iam commemorauimus, ο
 επι παντων θεος de Deo Patre dici concedimus; ast et filium his ver-
 bis insigniri contendimus, quod §. XIII. allata docent loca. Eadem
 fere est ratio locorum subsequentium, quae tamen non verbotenus ap-
 posuit:

C 2

f) I. c. II. 14. Eiusdem argumenti est locus c. 17. quem hac de causa appo-
 nere superfluum censuimus.

posuit. Primus ^g) enumerat *sententias* eorum, qui in doctrina de *secunda in diuinitate urosasae a puriore doctrina disceserant*: alter ^h) est de *admissa forma dicendi*, DEVS DE DEO, ubi docet, Ecclesiam vnum tantum credere Deum, hoc est, per se siue essentialiter consideratum, vt Theologi loquuntur: verum hoc non excludit tres in diuinitate eiusdem numero essentialitatis *urosasae*. Tertii ⁱ) loci summa est de *fili omnibus necessario et salutifero aduentu*. Quid exinde voluerit aut potuerit pro sua sententia extundere WETSTENIUS, nos quidem later. Nam varietas sententiarum de filio Dei non tollit lectionis veritatem, sed ex hac diiudicari debet. DEVS DE DEO autem quomodo dicatur, et quod haec dictio non valeat ad tollendam aut veritatem diuinitatis Christi, aut aequalitatem Filii et Patris, id saepe demonstratum est, vt a Caueo ^k), ita ab aliis. Nec ei prodest locus ^l): *ὁ κοσμος αὐτον ἐκ ἐγῶ, τον δε ἐπι παντων θεον φυσικῶς ἐνοιαῖς ἀπαντες ἐμολογησιν ἀνθρωποι*. Huius enim sensus, vt est in promptu, huc redit: cum omnibus hominibus natura quaedam indiderit, ex quibus Dei (per se considerati) existentiam cognoscere possunt, et nullus est, qui hanc innatam de Deo ideam abneget; eius tamen, qui vocatur *λαγος* & λ. in dubium vocare nonnulli ausi sunt existentiam. Agit itaque hic locus de iis, qui diuinam naturam ipsam, qua est substantia, agnoscunt; verum non filii personam in illa ipsa substantia, quia sola natura duce haec non potest cognosci. Non vero licet sic colligere: quod duce natura non cognoscere possumus, id credi non debet: namque est reuelatio, quae de aequali Christi cum Patre essentia aperte docet. Vltimus denique in hac serie EUSEBII contra Marcellum locus eiusmodi est, vt primo, quem produxi, sit simillimus ^m): *ἐτόλμησεν (Σαβελλιος) εἶπειν, αὐτον τον ἐπι παντων θεον τον πατερα τε κυρια ἡμων Ἰησοῦ Χριστοῦ γεγεννηθαι ἐκ της ἀγνῆ παρθενῆ*. Sed aliud EIVSDEM AVCTORIS DE PRAEPARATIONE EVANGELICA opus affert, ex quo nobis multa opponit; et primo quidem loco verba ⁿ): *δια της τε σωτηρος ἡμων διδασκαλις, δι ἐκ παντος γενεας ἀνθρωπων*

g) I. c. I. 3. h) I. II. i) I. 13.

k) de EUSEBII Arianismo thes. II.

l) I. 20. m) II. I. n) I. 3.

ανθρώπων μυριοι, όσοι την των είδωλων αποστραφεντες πλανη τε επι παντων θεσ την αληθη γνωσιν κατεδεξαντο: Haec vero alienissima sunt a negotio praesente. Namque EVSEBIUS docere vult, doctrina redemptoris nostri cognita, magnum hominum numerum cultum idolorum dereliquisse, ad sacra Christianorum transisse, veramque cognitionem illius Dei, qui est επι παντων, admisisse; vbi verba τε επι παντων κ. λ. non praecise de Deo Patre, sed de religionis, quae Deum vnum verum agnoscit, hoc est, christianae, summa sunt intelligenda. Alienus itaque et prorsus WETSTENIO contrarius sensus ex hoc loco exurgit. Qui statim subsequitur locus ita se habet: ϩ) περι μοναρχιας ενος τε επι παντων θεσ. Is vero eiusdem est roboris; nam et nos contendimus, vnum verum Deum, in quo sunt tres ejusdem numero essentiae υποστασεις. Ad mentem vero WETSTENII explicanda sunt verba de imperio vnius DEI PATRIS, cum EVSEBIUS non loquatur de Deo, Patre, qui propter Filium ita diceretur, sed de eo, qui est auctor rerum omnium, cuius est et prior αρχια. Neque in graeco omnino est mentio PATRIS; sed verba Graeca ad Patris nomen torquentur solummodo WETSTENII interpretatione, quod et ipsa huius loci docet lectio. Eiusdem fere argumenti est alius EVSEBII locus, ϩ) vbi docet, antiquissimis temporibus Aegyptios, Graecos, etc. astra coluisse, sed περι τε των ολων θεσ nil cognouisse; sed in vberiore explicatione Hebraicae genti vni singularem illam τε των ολων ποιητα και δημιουργε θεσ notitiam diuinitus concessam esse. Aliam WETSTENIVS contra nos disputandi rationem ex fabulis gentilium, quoad ortum Deorum iporum, iniit. Tradit scilicet EVSEBIUS ϩ), in Orphei carminibus de Ioue per accommodationem dici, quae non nisi in verum Deum cadere possunt. Refellit hanc sententiam EVSEBIUS ex ortu Iouis, cuius pater Saturnus, et avus Coelum fertur, et exinde Iouem τον επι παντων θεον esse negat. Haec verba WETSTENIVS de Christo per accommodationem intelligi posse existimat, quia disertis verbis diceretur: si Iupiter esset ο επι παντων θεος, non esset Saturni filius Coeli nepos, sed esset primus, non tertius. En praecipitanti-
tiam

C 3

ϩ) I. 4.

ρ) I. 9.

η) III. 9. 10.

XXII VINDICIAE LOCI ROM IX, 5.

riam Viri in rebus dijudicandis! Locus enim hic quomodo huc pertinere potest, cum aliter se res habeat cum commentitiis gentilium Diis, aliter cum vero Deo, in quo nulla successio admittitur. Vix igitur cogitando assequi possumus, quare WETSTENIVS hunc locum attulerit. Neque magis ipsum iuvant reliqua loca, r) quae ejusdem fere argumenti sunt. In ultimo s) probat, Christianos doctrinam redemptoris Evangelica esse liberatos ab ignorantia τὴ ἐπι παντῶν θεῶν, et rationis ipsum recte expiandi, ut verum ei tribuere honorem, seque ipsi acceptos reddere possint. Totius oppositionis nervus inest verbis τὴ ἐπι παντῶν θεῶν: de quorum usu ad alium locum t) iam disseruimus; vnde hoc labore hic possumus superfedere. Ex alio loco u) affert WETSTENIVS haec verba: μετὰ τοῦ ἐπι παντῶν θεῶν, καὶ μετὰ τὴν πρωτοτοκὸν αὐτῶ σοφίαν, τὴν τρίτην ἁγίαν δύναμιν, ἅγιον πνεῦμα. In quibus verbis laudandis a more suo non discedit: omittit enim ἀποθεία-ξασθῆναι, quo addito, siue velleret, siue nollet, debebat arma nobis sponte offerre, quibus contra ipsum pugnaremus. Concedimus, Patrem hoc in loco vocari τοῦ ἐπι παντῶν θεῶν: sed de Filio haec verba non dici, quod WETSTENIVS ex hoc praesertim loco probare voluit, ob loca §. XII. in partem contrariam allata, in totum negamus. Similis est ratio duorum aliorum locorum, quae, licet alius intercedat, coniungenda censuimus. Prior ita se habet x): τὰντα μὲν ἐν ἀποσμικρῶν σμικρὰ περὶ τῆ ἐπι παντῶν θεῶν. Θεὰ δὲ καὶ τὰ περὶ τῆ δευτέρας αἰτίῃ. In quo WETSTENIVS primam diuinitatis personam τὴ ἐπι παντῶν θεῶν, secundam τῆ αἰτίῃ nomine insignitam reperisse sibi videtur. Sed nos ei opponimus, quae subsequuntur y): ἐπισκεψάμενοι περὶ τῆ δευτέρας, οὐ ὅτι θεῶν λόγον καὶ θεῶν ἐκ θεῶν εἶναι τὰ ἐβραίων παιδεύει λογία κ. λ. quod alio in loco z) hunc in modum docet: τῶν παρ' ἐβραίοις λογίων, μετὰ τοῦ περὶ πατρὸς καὶ υἱὸς λόγον ἐν τρίτῃ τάξει τὸ ἅγιον πνεῦμα καταλεγοντῶν καὶ τὴν γὰρ ἁγίαν καὶ μακαρίαν ταῖα ταῦτ' ὑποτιθεμένων τὸν τρόπον, ὡς ἀν τῆς τρίτης δυνάμεως πῶσαν υπερβεβηκυίας γενετήν φύσιν. Vnde constat, quae hic commemor-

r) IV. 4. 10. 11. 19. s) VI. 3. t) ad I. 9. u) VII. 15:
x) XI. 13. y) 14 15. 19. z) XIII. 20.

memorantur, nostrae fauere sententiae, et secundam diuinitatis υπο-
 ψασιw eundem esse Deum, hoc est, eandem numero habere essen-
 tiam. Posterioris verba haec sunt: ^{a)} ἕτε τῶ ἐπι πάντων θεῶ ὁμοίως,
 ἕτε δι' ἃ τα πάντα συνέστη. Igitur quid per τῶ ἐπι πάντων θεῶw in-
 telligi velit EVSEBIUS, satis liquidum est, scilicet Deum Patrem: sed
 quaestio est, quis sit, δι' ἃ τα πάντα συνέστη? si copula disiunctiua
 ἕτε non esset interposita, vltior Dei Patris dici posset descriptio.
 Porro, in quaestione est, vtrum verba τῶ ἐπι πάντων θεῶw et δι' ἃ τα
 πάντα συνέστη eandem subiectam habeant notionem? affirmamus, ita
 esse; nam per quem omnia conseruantur, is necessario omnibus debet
 esse superior, adeoque eadem omnino res diuersis tantum verbis de-
 claratur. Et nihilo tamen minus WETSTENIVS nobis haec
 verba, quanquam frustra, opponit, quia secunda diuinitatis υπο-
 ψασις hac innuitur παραφρασει, in qua ipsi tribuitur, quod in
 neminem, nisi in verum Deum cadit. Proferat WETSTE-
 NIVS aliam personam, de qua haec dicantur et dici queant. Ve-
 rum quid ex eo EVSEBII loco, ^{b)} qui de institutis reip. Mosaeicae
 et de modo, quo ad reliquas terras incolae peruenerint, contra nos ve-
 lit efficere, non videmus. Alium posthaec EVSEBII affert locum,
 causam suam confirmaturus; qui vero ei potius aduersatur, vti verba
 clare docent ^{c)} θεός μὲν ἦν — ἕμῃ ο ἐπι πάντων, ἀλλ' ο ἐκείνῃ δευτέρως.
 Rectissime se habet haec propositio, et a nobis idem asseritur; WET-
 STENIVS contra falsa interpretatione sensum peruertit. EVSEBIUS
 enim his verbis declarat Christum θεῶw, non vero primam diuinitatis
 υποψασιw, hoc est, Deum Patrem, sed secundam esse. In sacrosancta
 autem Trinitate locum habere ordinem, ipsae sacrae literae restantur.
 Itaque intelligere non possumus, quid contra nos hic locus EVSEBII
 pugnet. Sed cardo totius rei est in recta ipsius ordinis interpretatione,
 quia colligi etiam potest, qui est ἐκείνῃ δευτέρως, etiam est inferior;
 quod hoc loco nos negamus. Ordo, quem defendimus, non firus
 est in harum trium personarum natura, id est, essentia, quia omnes
 sunt

a) XIII. 15.

b) VIII. 1.

c) Demonstr. III. 7. Verba haec hoc in loco reperire non potuimus, vnde
 extra contextum nobis sunt diiudicanda.

XXIV VINDICIAE LOCI ROM. IX, 5.

funt ομοιοι; nec in tempore, siquidem omnes habent communem essentiam diuinam, quae est aeterna; nec in dignitate, nam sunt ισοτιμοι: sed in τροπω υπαρξεως, id est, in modo habendae diuinitatis, quam Pater habet a semetipso, filius autem a Patre per generationem aeternam, id est, communicationem eiusdem numero essentiae ab aeterno factam. Quid igitur huic EVSEBII loco inest, quod contra nos pugnet? plane nihil, sed cum nostrae doctrinae principiis apprime conuenit. Duo denique ex EVSEBIO loca commemorat, in quibus ο επι παντων Θεος denotat Deum Patrem. Prioris verba sunt d): τότε μεν χριστὸς προσωπον, τότε τε πνευματος αγιου, τότε τε επι παντων Θεου; posterior hic est e): ωσε μητε αυτον ειναι τον επι παντων Θεου ηγεισθαι, μητε των αγγελων ενα. τετων δε μεσων. Concedendum nobis est, τον επι παντων Θεου hic denotare Deum Patrem; verum quanta vnde oriretur confusio, si Pater et filius his locis vno eodemque insignirentur nomine? Cum igitur in praecedentibus iam huius loquendi formae vindicias dederimus, eas hic repetere foret superuacaneum.

§. XV.

Nec iste tantus testimoniorum iam sigillatim excusorum numerus WETSTENIO satisfacit, sed multa ex aliis scriptoris collecta addit. Aduocat igitur ORIGENEM, ex quo haec affert verba f): οτι ο μεν δημιουργος τε δε τε παντος υιος εστις Θεου, ο δε πρωτος και επι πασι Θεος πατηρ εστι αυτε. Sed cuiusnam haec sunt verba? numquid ORIGENIS? minime; tota orationis series potius docet, esse verba Platonis, qui in Trinitate defendit esse tres substantias diuersas dignitate. Quum igitur longe aliter se res habeat in nostra de sacrosancta Trinitate doctrina, quae vnam tantum essentiam, et tres vnus eisdemque dignitatis υποστασεις agnoscit: hic locus minime huc referendus est, nec sententiae nostrae inde quidquam detrahitur. Deinde alium ORIGENIS locum excitat, suae causae inseruiturum g), cuius verba ita fluunt: εγω δε τινος ως εν πληθει πισευοντων, και δεχομενων διαφωνιαν, δια την προπετειαν υποτιθεσθαι τον Σωτηρα ειναι τον

d) V. II. 12.

e) contra Marcellum I. I.

f) contra Celsum VI. p. 308. ed. Cantabrigiae 1677.

g) VIII. p. 387.

τον επι πατρι θεου' αλλ' ετι γε ημεις τοιουτον, οι παιδομενοι αυτω λεγοντι, ο πατηρ, ο περιφρασμε, μειζων μω εσι: διοπερ εχ εν νυν πατερα καλεμεν υποβαλομεν (ως Κελσος ημιας συκοφαντων Φησι) τω υιω τω θεω. In vniuersum haec verba nobis aduerfari videntur, et WETSTENIVS plures ob causas ea adducit. Existimat nimirum, ORIGENEM dissentire ab iis, qui seruatores Deum super omnia esse staturerent, atque e contrario docere, hanc denominationem soli patri conuenire, quo seruator omnino inferior esset, se ipso fatente. Oppono loco loca. Etenim in comment. in ep. ad Rom. ad h. l. diserte verba: *qui est super omnia benedictus Deus in secula*, ad Christum transfert, et masculine contra eos disputat, qui putabant, duos deos admittendos esse, si, praeter patrem, etiam Christus super omnia Deus esse diceretur. Deinde Celso obiciēti, Christianos tam acriter pro vnitāte Dei contra idola decertare, et tamen Christum aequalibus cum Deo honoribus afficere, elegantissime L. VIII. p. 385. responder: *si Celsus intellexisset illud: Ego et pater vnum sumus: - - non putasset, nos etiam alium colere praeter eum, QUI EST SUPER OMNIA DEVS* etc. Atque his positis, explicandus est locus, a WETSTENIO nobis obiectus. Celsus inuulerat ex iis, quibus Christus dicitur *ο επι παντων*, sequi, patrem quoque subiectum dici debere. Hic ait ORIGENES: *εχ, εν νυν πατερα καλεμεν, υποβαλομεν, ως Κελσος ημιας συκοφαντων Φησι, τω υιω τω θεω*. Atque nunc clarebit, quare ORIGENES verba Christi alleget, quibus se certo sensu inferiorem patre esse pronuntiat ^{h)}. Eandem, quam exhibuimus, ORIGENIS

D

mentem

h) Duas in scriptis doctorum antiquae Ecclesiae legimus huius loci interpretationes, quae optime consistere possunt. Altera est HILARII, qui (pag. 1089. D. in Pl. 138. t. I. p. 570. p. 602. D. nota) dicit: Patrem esse maiorem filio ratione principii, quia a Patre filius, et non contra. Planius adhuc de vero sensu nos instruunt reliqua hic addita eius loca, ubi ait; pag. 108. D. VI qui (Christus) omnia secundum hominem passus est, idem omnia secundum Deum eloquatur. *De Trinitate* T. 2. l. 9. c. 6. cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tunc atque hominis discernere sermonem. Et cum Deum et hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta diiudica t. I. p. 584. E. Secundum eam, quae in

fe

mentem nobis docent alia, quae l. c. i) mox insequuntur, verba, ut
 ut ipsis aduersarius noster multum tribuat. Verba ipsa ita se habent:
 σαφως γαρ ημεις, οι λεγοντες τε παυτα κτισαντος και τον αιδητον
 κοσμον ειναι, Φαμεν τον υιον επιχυροτερον τε πατρος, αλλ υποδεεσθρον.
 Και τβτο λεγομεν, αυτω πειθομενοι ειποντι το, ο πατηρ ο πεμφραμε
 μειζων με εσι, και εδεις ημων ετως εμβροντητος εσιν, ως λεχειν, κυ
 ριος εσι τε θες υιος τε ανθρωπη. Κρατειν δε Φαμεν τον σωτηρα μα
 λισα, οτε νομεν αυτον θεον λογον, και σοφιαν, και δικαιοσυνην, και αλη
 θειαν, παντων μεν υποτεταγμενων αυτω, καθο ταυτα εσιν αλλ εχικαι
 τε κρατεντος αυτον πατρος και θες. Summa horum verborum est
 haec: Celsus profert dialogum coelestem, qui Filium maiorem Patre
 aliquo in loco dicit. Sed ORIGENES loco, e scriptura sacra petito,
 cuius veram iam vindicauimus interpretationem, hoc ipsum refellit,
 deinde vero sub finem docet, Christo, ut θεω λογω, competere
 imperium in omnia, solo Patre excepto. Anandat nos porro WET
 STENIVS, parum tamen perire, ad PSEUDO-ATHANASIVM, k)
 eiusque verba: περι τε ειναι τον επι παντων θεον, τον σωρωθεντα
 φοβημαι λεγειν. Haec enim non ATHANASII, sed ARII, sunt.
 ATHANASIVS quidem in superioribus illam dictionem, de quo iam
 quaeritur, non ad DEVM PATREM, sed omnino ad VERVM DEVM
 significan-

se fuit, generis vtriusque naturam, Dei videlicet et hominis non modo in
 Evangelis, sed etiam in Prophetis ita coaptatis ad vtramque dictis est locu
 tus p. 571. C. diligenter contuendum est, ut intelligamus, quid diuinitati
 eius, quid homini sit aptandum, atque ita, ut sensum nostrum dictis magis
 applicemus, quam per fallacis intelligentiae opinionem sensui dicta subda
 mus. Altera est GREGORII NAZIANZENI, qui (pag. 580. B. ed. Col.
 1690. maior vult pertinere ad causam, aequalis ad naturam: et paulo post
 (p. 582. B.) ait: το γαρ δη λεγειν, οτι τε κατ' ανθρωπον νομους μειζων ο
 πατηρ, αληθες μεν, ε μεγα δε. Quam vtriusque interpretationem et expli
 cationem etiam probat CYRILLVS (thes. II.) his verbis: Patrem esse ma
 iorem filio, filium tamen non esse minorem, intelligendum est, Patrem esse prin
 cipium filii, qui natura tamen sit aequalis Patri, eo quod eadem sit natura Pa
 tris et filii. In diuinis personis ordo quidem est, inaequalitas non est, quem
 admodum distinctio est, diuersitas nulla est.

i) p. 388.

k) contra ARIVM opp. I. p. 125. A.

significandum reulit: interim tamen ipsum *Τον σωζωθεντα* recte dici *τον επι παντων Θεον*, ad locum Ieremiae docuit. Alium ATHANASII locum ^{l)} adiungit hunc: *ω δεσποτα χριστε, υιε τε θεσ μονογεγες, λογος και σοφια τε πατροσ, επειδη την σην Φιλανθρωπιαν ο λιοσ ηυχατο και δια σε τον σου πατερα, τον επι παντων Θεον, παρεμαλεσε.* Verba *τον επι παντων Θεον*, Patris nomini adiuncta, hic de Deo Patre intelligenda esse, sponte quidem largimur; sed WETSTENIVS inde nil lucratur, ut supra ostensum est. Pergit WETSTENIVS ad nonnulla ^{m)} EVNOMII apud Gregorium Nysenum, quorum accuratius examen institui non potuit, tum quia in ipso GREGORIO ea non invenimus: tum quod EVNOMII nulla hac in re esse potest auctoritas. Opponimus itaque alium GREGORII locum ⁿ⁾ WETSTENIO, in quo EVNOMIVM, qui solum Deum Patrem bonum appellandum contendit, fusc refellit et his vitur verbis: *αλλ εδε τασ Παυλε Φωνασ δι ακριβειας ομαι δεν παρατιθεσθαι πασιν βωηχεδον δια σοματος, οσ ε μονον Θεον, αλλα και μεγαλν Θεον και επι παντων Θεον ονομαζει κυριον, προς μεν Ρωμαισ λεγων οτι ων οι πατερες και εξ ων ο χριστος το κατα σαρκια, ο ων επι παντων Θεος ευλογητος εις τες αιωνασ.* Vnde satis liquet, verba *ο ων επι παντων Θεος*, quae proponit Paulus in ep. ad Rom. IX, 5. tempore GREGORII a nemine, qui puriori subscriberet doctrinae, de Deo Patre, sed de Filio eius vnigenito, explicata esse. Quod si WETSTENIVS attendisfer, haud dubie abstinuisset a verbis EVNOMII nobis opponendis. Nam ex GREGORII verbis perspicui potest, iis depravaationem mentis Paulinae exprobari, qui *τον επι κ, λ.* non intelligerent filium. Nec BASILIIVM MAGNVM WETSTENIVS praetermisit, sed haec ex eo affert ^{o)} *ο δε επι παντων Θεος εξαίρετον τι γνωρισμα της εαυτε υποσασσεωσ, το πατησ εναι και μηδεμιασ αιτιασ υποσσηναι μονοσ εχει.* Docet

D 2

cet

l) l. c. p. 684.

m) Prioris loci (p. 63. A. sic allegat WETSTENIVS) verba sunt: *εισ γαρ ειπν και μονοσ πατησ επι παντων Θεοσ*; Posterioris autem (VII. ex allegatione WETSTENII) haec: *φασιν, μηδενα των αληθειασ πεφροτικωτων — τον επι παντων Θεον υιον ονομαζειν η γεννητον.*

n) orat. XI. contra EVNOMIVM t. II. p. 693. C.

o) Epist. XLIII. ad fratrem opp. t. II. p. 809. A. ed. Par. 1618.

XXVIII VINDICIAE LOCI ROM. IX, 5.

et hoc in loco characterem distinctivum Patris a Filio. Et sane concedendum est, ο επι παντων Θεος, dici etiam de Patre. Interim hoc exemplo nihil veritati et certitudini explicationis nostrae detrahatur ob rationes circa finem §. XII. commemoratas. Ad alium eiusdem scriptoris pergit locum p) οσον μεν εν κατ' αυτην την Θεσιν και την ακολουθειαν τω προφητικω γραμματος, ο επι επι πατρη ο φθεις και χρησιμοδοτητας τω προφητη· ο μεν τοι της βροντης ειρηκως φοβερωτερα, ο ιδιον εχι το εν ην, αλλα το ην ο λογος, υιον εφη τον οφθεντα και χρησιμοδοθησαντα τω προφητη. Interpretatur quidem BASILIVS in explicatione loci Ies. VI, 9. *Ἰηὴν* de DEO PATRE per verba ο επι παντων επι πατρη; hanc tamen deinde mutat sententiam, et ob duo clarissima N. T. testimonia, quorum alterum Iohannes cap. XII, 39. Iqq. alterum Paulus Act. XXVIII, 25. perhibet, de omnibus tribus in diuinitate υποστασει intelligit. Manifestum itaque est, non de DEO PATRE solo, sed de DEO TRINVO intelligendum esse locum, et nihil in eo relinqui, vnde suam exornare queat WETSTENIVS sententiam. Nec magis vim habere possunt haec duo GREGORII aduersus APOLLINAREM loca q): πολλαχθ δια των ιδιων λογων ο κυριος ανθρωπων τον επι παντων Θεον κατανομασεν. Ανθρωπος ην οικουδεσποτης, ο τοις γεωργοις τον αμπελωνα εκδομενος, ο μετα την των οικτων αναρσειν και τον μονογενη αυτα υιον αποσειλας, εν εκβαλοντες οι γεωργοι εξω της αμπελωνος Φονευσαι τις δε υπηρχεν εκεινος ο ανθρωπος, ο τον μονογενη πεμφας; et r) μηδε αυτον ανθρωπικως οχηματιζεσθαι τον εν τω πατρος οφθησεσθαι δοξη επαγγελλομενον, αλλη γαρ δοξα ανθρωπε, και αλλη δοξα τω επι παντων Θεω. Nihil enim in iis est nisi hoc, quod Christus interdum Deum summum cum homine comparauerit, vel, vt ille dicit, hominem appellauerit. Denique velut corollarium quoddam addit verba IULIANI s): τον γαρ Ιησεν ετε Παυλος ετολασεν ειπεν Θεον, ετε Ματθαιος, ετε Μαρκος, αλλ' ο κριτος Ιωαννης. Sed expedita est responsio. Etenim non fequitur,

p) aduersus ENOMIVM l. V. t. II. p. 115. A.

q) Vel vt rectius citatur in Antirrhethico p. 281. in ZACAGNI monumentis Ecclesiae Graec et lat. t. I.

r) l. c. p. 282.

s) apud CYRILLVM ALEX. p. 321.

quitur, quia Iuliano locus hic in mentem non venit, aut ab ipso ignoratus est, ut propterea, aut non lectus in libris, aut aliter, quam nos volumus, intellectus fuerit. Quare autem, cum verba illa Iuliani apud CYRILLVM legeret, non pariter legit responfionem CYRILLI, qui refellit Iuliani hoc dictum commemorato hoc loco Pauli; vnde planum fit, haec verba tum sic in libris fuisse, ut nunc sunt, et de Iesu Christo accepta esse.

§. XVI.

Sed post commemoratam illam testimoniorum nubem et de suo quaedam assertit WETSTENIVS, quibus opinioni suae aliquam speciem conciliaret. Ac primum ille colligit ex allatis testimoniis hunc in modum: *si ita locum interpretati sunt veteres, ut hodie solent; quomodo fieri potuit, ut non haeretici solum, verum etiam Patres tanta confidentia appellationem τὸ ἐπὶ πάντων Θεὸς tam Patri propriam, quam ipsum Patris et Omnipotentis nomen pronuntiarent?* Sed hanc totam conclusionem conuellunt ea, quae de testimoniis illis diximus. Nullus locus perspicuus Patrum afferri potest, qui locum hunc de DEO PATRE exponat. Nam ex eo, quod nonnulli ad designandum vel Deum Patrem vel Deum trinum verba ο ἐπὶ πάντων Θεός adhibuerunt, nihil tale potest colligi, quod WETSTENIVS colligit: Ergo et Pauli locum de Deo Patre acceperunt, cum nos in praecedentibus contraria ex scriptis Patrum probauerimus. Ab haereticis porro quod testimonia sumit: per versa et contorta haeretici expositio nihil valet; quanquam non sumus ii, qui planam et cum reliquis sacrae scripturae locis convenientem explanationem, quia auctorem habeat virum caetera haeticum, propterea reprobendam esse dicimus. Nam et nos supra cum ARTEMIO defendimus, in Paulino loco non esse δὲ ὁμοῦν. Neque enim haeretici nomen per se, id quod non proprie ad haeresin pertinet, spectum reddere debet. Quod autem opponat nobis patres et Haeticos, qui denominationem τὸ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, tamquam patri propriam, adhibuerunt, perinde vti Patris et Omnipotentis nomen ad primam in diuinitate ὑποστάσιν retulerunt; nihil est, quia vnus positio non est alterius exclusio. Ingens est locorum S. S. numerus, qui-

bus Christus vel ab humana, qua florer, natura, vel a diuina, vel ab utraque simul, denominatur. Si ergo vel maxime Pater, vt a Christo homine distinguatur, $\delta \epsilon \pi \iota \pi \alpha \tau \rho \omega \nu$ hic illic saluetur: ex eo tamen nihil periculi nostrae causae creatur; sed sufficit, quod alibi eodem prorsus modo denominetur.

§. XVII.

Similem WETSTENIUS a vero simili fumit rationem, qua nostram eneuare conatur interpretationem, quando inquit: *neque videtur vero simile, Paulum obiter et aliud agendo CHRISTO tribuere voluisse titulum, quem Iudaei non nisi DEO PATRI tribuere consueuerunt, הקדש ברוך הוא, et qui omnibus aliis excellentior esset, cum tamen, ubi data opera et studio de Christi diuinitate agitur, Ioh. I. Ebr. I. nusquam reperitur.* Bonum factum, quod WETSTENIUS ipse fateatur, se ex vero simili disputare, eoque haud dubie ad se ipsum tantummodo relato. Neque enim deerunt, qui parum verosimilitudinis in iis, quae iam attulit, deprehendent. Si enim omnino verum esset, Paulum hic obiter tantum de Christo loqui: quid, quaeso te, obstaret, quo minus, vel sic descriptionem Christi suo instituto aptissimam eamque ponderosissimam, feligere potuerit? Quid vetat, quo minus ii, qui in transitu, vt aiunt, de quodam verba faciunt, simul grauissime et praeguantissime dicant? Deinde vero oppido falsum est, Paulum obiter et aliud agendo in Christum incidisse, ita vt ex eo pateret, ipsum Christo tanti ponderis titulum tribuere noluisse. Longe aliud ex scopo Pauli elucescit, qui erat, vt Iudaeis summam, qua Deus eos donauerat, $\epsilon \xi \sigma \chi \eta \nu$ prae omnibus gentibus, ob oculos poneret. Hanc vero vix luculentius ostendere poterat, quam si, post enumerata alia beneficia, doceret, ipsum Christum, si humanam ipsius naturam spectes, ex ipsis originem trahere, qui idem verus Deus summusque esset. Nonne igitur requirebat huius negotii conditio, vt, Iudaeorum praerogatiuas expositurus, Paulus, ponderosissimis verbis vteretur, magnitudinem eorum exhibentibus? Qui vero hoc fieri poterat rectius, quam si ipsum, non Deum simpliciter, sed $\epsilon \pi \iota \pi \alpha \tau \rho \omega \nu \theta \epsilon \omega \nu$, appelleret? Insuper apprimè haec respondent indoli vniuersae Pauli, qui in extol-

extollendo Christo, quando ipsius mentio facienda est, totus esse solet. Porro, quod Iudaei patrem *הוא הקדוש ברוך הוא* nomenclant, largimur; eodem vero titulo Messiam quoque in ipsorum scriptis condecorari, loca §. X. iam laudata satis testantur contra WETSTENIVM. Quod denique de illis duobus scripturae sacrae textibus, qui data opera et studio Christi diuinitatem tractarent, dicit, in iis Christum *τον επι παντων θεων υλογητον* non vocari; plane friuolum est. Etenim primo ponamus, id in locis allegatis non factum esse; tum ostendat WETSTENIVS necessitatem, quod hoc fieri, et Iohannes, aut Paulus omnia, quae de Christo praedicari possunt, ubiuis locorum congerere, adeoque etiam hunc titulum adferre debuerint. Sufficit omnino, quod aliaratione sat grauiter de diuinitate Christi locuti sint. Deinde vero infimul falsissimum est, neque Paulum in ep. ad Ebr. I. neque Iohannem in eu. I. eam ipsam rem, de qua nunc disputamus, quamuis non iisdem verbis, tractasse. Aliter plane sentiet, qui absque anticipatis mente opinionibus expenderit illa Iohannea verba versus tertii: *παντα δι αυτου (λογος) εγενετο και χωρις αυτου εγενετο εδε εν ο γεγονεν*; quibus simillima sunt Ebr. I. quae *τον επι παντων θεων* satis exprimunt?

§. XVIII.


His ita dictis, pergunt WETSTENIVS; in omnibus aliis locis *Pater* vocatur *υλογητος* Marc. XIV, 61. Luc. I, 68. Rom. I, 25. 2 Cor. I, 3. XI, 31. Eph. I, 3. 1 Petr. I, 3. et *ο επι παντων*. Eph. IV, 6. Verum et hic in nihilum recidunt ipsius conatus. Apertum quidem satis est, DEVM PATREM dici *υλογητον*, sed diuerso tamen respectu. Nam Rom. I, 25. 2 Cor. XI, 31. etc. inferuiunt *περιφρασει* veri Dei, de quo loquendi modo §. X. dictum est: reliqua vero loca continent gratiarum actionem pro operationibus Spiritus Sancti, in animis hominum ex mera gratia susceptis, et pro omnibus inde in nos redundantibus bonis. Quemadmodum vero singulis in locis a WETSTENIO allegatis subiectum enunciationis est *θεος και πατηρ*, disertis verbis indicatum; ita in nostro, circa quem hucusque versati sumus, textu ad eundem modum subiectum est *ο Χριστος*. Sit ergo ita, patrem esse

εσε ευλογητον και επι παντων Θεον; apparet tamen, Paulum iam
 idem praedicare de Christo. Non ergo nobis loca obiecta aduersan-
 tur, sed occasionem subministrant, fortiter pro nostra sententia argu-
 mentandi. Si enim ea ipsa, quae de DEO PATRE dicit scriptura sa-
 cra, de CHRISTO quoque praedicantur; DEVS PATER autem VE-
 RVVS est DEVS: tum sequitur evidentissime, CHRISTVM non minus
 esse VERVM DEVM, neque a Patre differre esentia. Neque fraudi no-
 bis est, non dari parallela, quoad verba; quia plura adsunt quoad rem
 v. c. Act. X, 36. XI, 20. et alia: quin in ipsa hac epistola cap. I, 3. 4.
 idem, quoad rem, de Christo dicitur. Aliud argumentum, quo sum-
 mam diuinitatem Christi euertat, WETSTENIVS in eo quaerit,
*quod, vbi Christo dominium in omnia tribuitur, nunquam id fiat simpli-
 titer, et sine mentione Patris, a quo acceperit* Matth. XI, 27. XXVIII,
 18. Act. X, 34-38. I Cor. XV, 27. 28. Phil. II, 9-II. WETSTE-
 NIVS Christum cum legato comparasse videtur, quem princeps mit-
 tit, vt suo loco agat; vbi de legato quidem dici potest, omnia in hoc
 negotio ipsi tradita esse a principe, vt vt principe semper inferior sit
 maneatque. At enim vero communicati a Deo Patre cum Christo do-
 minii alia prorsus est ratio. Legatus in humanis principis personam
 tantum sustinet, atque a Principis esentia plane diuersus est; hic ve-
 ro Deus Pater cum Filio eandem numero communicauit potestatem,
 quoad diuinam naturam, per communicationem esentiae, quam dici-
 mus generationem aeternam; quoad humanam autem per commu-
 nationem naturarum. Verba denique Pauli I Cor. XV, 27. 28. *αυτος
 ο υιος υποταγησεται τω υποταξαντι αυτω τα παντα* parum ipsi
 fauent. Υιος enim denotat totam Christi personam, quam signifi-
 cationem assumsit idem scriptor diuinus cap. I, 3. Epistolae ad Roma-
 nos. Υποταγησεται autem denotat, istum cesaturum esse ordinem,
 qui nunc inter Patrem et Filium locum habet, quod ex sequentibus
 verbis: *να η ο Θεος τα παντα εν πασι*, hoc est, *vt vnus Deus regnet*,
 patet. Mutatis itaque tantum verbis Paulus hic ea, quae v. 24 per
παραδιδουσι την βασιλειαν expresserat, proposuit.


§. XIX.

Neque in his argumentis WETSTENIVS subsistit, sed ex collatis aliis Pauli dictis noua contra nostrae interpretationis veritatem arcescit. Et primo quidem loco excitat Eph II, 12. cuius verba sequenti glosa profecquitur: *Apostolus enumerat, quibus in rebus reliquarum gentium conditio Iudaeorum conditione deterior fuerit, ubi distincte ponit, eos et fuisse sine Christo et sine Deo.* Vnde regula oppositionis hic etiam duo lemmata postulare videtur, quorum prius de Christo asserat, cum ratione humilis suae natiuitatis Iudaeos propius contigisse, re vera autem dominum esse et Iudaeorum et gentium: posterius autem doceat, et gentes et Iudaeos causam habere, Deum, qui talem et tantum Messiam dedit, laudandi. Admirare hic mecum, beneuole lector, insigni e in argumentando acumen, quo in impugnanda Christi diuinitate WETSTENIVS! Num fieri vnquam potuit, vt vir perspicax tam elumbi, tam sine nervo incedat argumentatione? Vltimum tandem contra Christi diuinitatem WETSTENIO offert argumentum locus Eph. IV, 6. ex quo colligit: *si id voluisset Paulus, quod quidam putant, videtur potius scripturus fuisse, ο ων ο επι παντων θεος ευλογητος.* Sed quemuis ipsa locorum ad Ephesios et Romanos collatio doceat, in eo ad Ephesios longe aliam esse verborum rationem, quam in nostro: nam ad Ephesios scribitur: *εις θεος και πατη παντων, ο επι παντων κ. λ.* En absentiam participii ων, ex analogia linguae post articulum praepositium, subintelligendi! Hoc vero secus se habet in nostro dicto, ubi participium expressum est. Quare igitur articulus praepositiuus denuo praecederet vocem θεος, cum non sit demonstratiuus, sed Paulus hunc velit sensum: *melcher ist Gott, ein Gott, non autem der Gott.* Eadem dicendi forma vitur Iohannes cap. X. 33, *ετισυ ανθρωπος ων non ο ανθρωπος v. 34. θεοι non οι θεοι esse v. 35. ει εκεινος εστι θεος non τες θεος.* Salua itaque manet nostra sententia, qua maxime euidentem Diuinitatis Christi professionem in nostro loco reperiri, cuncta vero, quibus WETSTENIVS eum aliorum detorque conatur, testimonia inania esse defendimus.

Christo vero Summoque Deo vna cum Patre et Spiritu S. sit laus et gloria, Amen!



PRAESTANTISSIMO ET PRAENOBILISSIMO
HONORVM PHILOSOPHICORVM
C A N D I D A T O
S. P. D.
P R A E S E S.

 Disputatio ad debellandum WETSTENIVM instituenda videtur omnino studia satis matura, diuturnam imprimis cum scriptura sacra Patrumque ecclesiae monumentis consuetudinem, penititionem systematis illorum doctrinalis cognitionem, et haud vulgares in critica arte progressus, postulare. Quae cum ita sint, erunt, fortassis, quia haec cuncta in TVAM, VIR DOCTISSIME, aetatem vix cadere posse, existimabunt, qui TIBI vitio vertent, quod ad tam arduum negotium expediendum TE accinxeris. Neque ego ipse diffiteor, visa mihi inter perlegendum nonnulla esse, quae vel ulteriori examine indigent, vel uberius explicari, vel omnino refingi debent. Interim tamen non putaverim, TE habere, cur laboris suscepti TE poeniteat. Nihil enim quidquam dubito, quin aequo cuius lectori felix ingenium, laudabiles in litteris progressus, indefessum in libris bonae notae evolvendis studium, bonamque de veritate defendenda bene merendi voluntatem adprobaturus, et praeterea optimam de TE spem excitaturus sis. Gratulor itaque TE BI praeclaras animi dotes, publicum eruditionis TVAE documentum, curriculum academicum feliciter finitum, et supremos, quibus a me exornaberis, in Philosophia honores. Viue Deo, viue Patriae, viue in commo- dum ecclesiae et litterati orbis, meque absens numquam non amare perge! Dabam in Eridericiana Halensi d. XXXI. Octobr. MDCCLXIV.



EMENDANDA.

Pag. I. l. in not. p. 931. l. 901.

- II. l. 20 *Diuellenda nimirum* -- cum leg. Existimat nimirum verba *ο αν παρ παντων θεος* tantum de DEO PATRE dici, vt sensus hujus dici sit hic: quorum Patres et ex quibus Christus quoad carnem: DEVS PATER sit benedictus in saecula. Qua in interpretatione cum etc. l. I. in not. c. 18. l. c. 16. ed. Par. 1710.
- I. 5. *bucusque* l. hue vsque l. 6. *contraprauas* l. contra prauas. l. 24. 25. *est immobiliter* l. qui non desinet.
- IV. l. 19. ORIGENIS l. EPIPHANII. DIONYSII ALEXANDRINI l. AMBROSII.
- V. l. 2. in not. 1728. l. 1728. 1).
- VIII. l. 3. l. c. l. Philol. S.
- XI. l. 30. *solus aeterna et perpetua laude dignus* l. solus verus Deus in perpetuum. l. 2. in not. 63. l. l. 6. 3.
- XII. l. 11. *δοξολογίας* l. *δοξολογίας*. l. 32. *nego et pernego* l. negamus et pernegamus,
- XIV. l. 15. *Christo* l. Christo. l. 18. *feci* l. fecimus.
- XV. l. 5. a fine, *qui filium* l. qui, filium.
- XVI. l. 19. *afferat* l. afferas.
- XVII. l. 4. *λεγει αναβαινω* l. *λεγει αναβαινω*. l. 3. a fine *habeatur* l. habeatur.
- XXII. l. 15. *sive vellet sive noller* l. vi. l. 9. a fine *deutere* l. *deutere*. l. 3. a fine *την* l. *την*.
- XXIII. l. 12. a fine *docent* l. docent:
- l. 14. *ende* l. inde l. vlt. in not. *Cantabrigius* l. Cantabrig.
- XXV. l. 2. *πεμφασμε* l. *πεμφασ με*. l. 22. *φισ* l. *φισ*.
- XXVI. l. 5. *πεμφασμε* l. *πεμφασ με*. l. 6. *λεχεν* l. *λεχεν*.
- XXVII. l. 4 a fine x, l. x. l. I. in not. 684. 684. C.
- XXX. l. 20 *praegnantissime* l. praegnantissime.
- XXXI. l. 14. *ev* l. Ev.

NB. In numerum emendandorum etiam referendi sunt spiritus tam lenis quam asper, quibus permultis in paginis voces donatae conspiciuntur.

AB: 194322


ULB Halle 3
003 249 751




sb.

12







DISSERTATIO INAUGVRALIS
VINDICIAS LOCI
ROM. IX, 5.
ADVERSVS WETSTENIVM
COMPLECTENS:

QVAS
AVSPICE DEO
ET CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
SVB
MODERAMINE

VIRI
EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMI
ATQVE
DOCTISSIMI
IOHANNIS FRIDERICI STIEBRITZ
PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE POLITICAE ET CAMERALIVM P. P. O.
ALVMNORVM REGIORVM EPHORI
ET FACVLTATIS PHILOS. H. T. DECANI
FAVTORIS ET PRAECEPTORIS PIE COLENDI
PRO SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS

ANNO MDCCCXLIV. D. CALEND. NOVEMBER.

SOLEMNI RITV OBTINENDIS

H. L. Q. C.

FLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIIICIT

AVCTOR

IOHANN GOTTLIEB DRESCHER

WRATISLAVIA - SILESIVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITTERIS GRVNERTIANIS.